

1311, *Luglio* 17.*Permesso a Gr. Dolfin di ritornare colla galea del Dardi.*

Quod fiat gratia nobili viro *Gregorio Delphino* Baiulo Armenie, quod absolvatur a Baiulatu; ita quod possit venire Venetias, cum galea Ser Dardi Benbo, que modo vadit, vel cum alio navilio, quod inde recederet antequam galea inde discedat.

[Presbiter, 54 t^o].1311, *Novembre* 10.*Nicola Morosini ambasciatore per Cipro ed Armenia.*

Quod Officiales de Extra debeant recipere et audire rationes nobilis viri Nicolai Mauroceno, qui missus fuit Ambaxator Ciprum et Armeniam, non obstante quod sibi deficiant quedam arnesie Commis, quas posuit super navim vocatum Lionam; cum hac condicione, quod ipse Nicolaus juncta nave Venecias, debeat et teneatur de ipsis arnesiis et rebus facere rationem. Et si Consilium est contra, sit revocatum.

[Presbiter, 59].

1312, *Agosto* 3.*Casa comprata dal Bailo per 1500 o 1700 deremi.*

Cum Baiulus qui fuit nuper in Armenia dicatur emisse quandam domum confinantem cum possessionibus Communis in Armenia, cum condicione quod Commune ipsam habere debeat pro MD, vel pro MDCC deremis, se Commune voluerit; Capta fuit pars,